

Fasciculus inscriptionum Myrtilensium  
nuper repertarum

(Epistula ad Aemillum Hübner)

JOSEPHUS LEITE DE VASCONCELLOS AEMILIO HÜBNER  
Professori Berolinensi s. p. d.

Antiquitates Lusitanas quam maxime indagandi ac vulgandi cupiditate ardens, locum praetermitto nullum cum observandi, tum acquirendi omnia monumenta ad Lusitaniam spectantia, quae vetustate pretioque digna sint quae revereamur.

Cum non ita pridem Myrtili essem, in oppido quod et nummis ibi signatis et parietinis reliquisque multis Romanis Christianisque virorum antiquitatis studiosorum oculos ad se convertit, titulos aliquos vidi, quos opera et diligentia Fortunati da Fonseca Medici, Emmanuelis Bravo Gomez, Iohannis Emmanuelis da Costa, Emmanuelis Francisci Gomez, amicorum meorum, obtinui, et in Museum Ethnologicum Portugalese cui praesum deportandos curavi.

Tituli adhuc inediti manebant. Octo numero sunt, duo Romani, reliqui Christiani; omnes sepulcrales, in lapidibus marmoreis incisi, Myrtili repertis. Doleo autem quod non omnes omnibus partibus suis iam constant; in duabus stelarum fractarum pauca leguntur verba.

In lapidibus a Statio da Veiga archaeologo optimo in Museum Algarbiense summa industria collectis tabulam etiam sepulcralem Christianam, et ipsam Myrtilensem, nuper inveni, quam nunquam edidit, quod sciam, parens ille archaeologiae Algarbiensis.

Cum mihi dixeris, vir doctissime ac sapientissime, te librum ad supplementum Corporis inscriptionum Hispaniae Christianae, quod anno MDCCCLXXI Berolini in vulgus emisisti, brevi compositurum, iudicio tuo, ut iis utaris, monumenta sex illa offero hominum qui saeculo VI et VII Myrtili fuerunt; ad ea simul adicio inscriptionum Romanarum exempla, a quibus, cum antiquiores sint, initium facio. Fidem ita exsolvo quam in ephemeride mea *O Archeologo Português*, I, 182, tibi dedi.

Nr. 1

1. D·M·S  
ACCENNIA·HE  
RENNIA ANN L
4. HSESTTL

In lapide cupae simili, qui locum operculi sepulcri usurpabat. Ex moenibus castelli Myrtilensis. Inscriptio 0<sup>m</sup>,14 alta; 0<sup>m</sup>,245 lata; litteris 0<sup>m</sup>,035 altis. *Accenna* (non *Accennia*) et *Herennia* nomina in titulis Ibericis, ut scis, crebra sunt.

## Nr. 2

1. D · M · S  
TVLLIO DONA  
TO · FAVSINO FILIO  
VIXIT ✕ NN XVI
5. TVLLIVC UELLICUS LI  
PORCIA MATERN FILIO  
PIEN TISSIMO  
... OS VERVNT
9. H S E S T T L

In lapide prioris simili, ex iisdem moenibus avulso. Inscriptio 0<sup>m</sup>,26 alta; 0<sup>m</sup>,235 lata; litteris 0<sup>m</sup>,02 altis.

In v. 3: FAVSINO pro FAVSTINO; ✕ = A.

In v. 5: TVLLIVC = TVLLIVS; LI = ET.

In v. 6: PORCIA, ut scribis, non PONCIA; MATERN pro MATERN = MATERNA.

In v. 8: = p OSVERVNT.

Moenia castelli Myrtilensis non solum his, sed etiam aliis lapidibus Romanis constructa sunt; inde spero monumenta aliqua fore ut avelantur in Museumque Ethnologicum Portugalense transportentur.

## Nr. 3

1. P AMANDA FAMA XPI VIXIT  
ANNOS PLV SMINS  
XXXII ME NSES VREQ·E  
VIIINP ACE DNI SVB Ø VII
5. X<sup>Λ</sup> M<sup>RT</sup> ER ΔX<sup>x</sup>XII

In tabella 0<sup>m</sup>,44 alta; 0,39 et 0,42 lata; litteris 0<sup>m</sup>,025 altis.

*P Amanda, famu(l)a Christi, vixit annos plus minus XXXII, menses V; requievit in pace D(omi)ni sub d(ie) VII kal(endas) Mart(ias) era DX<sup>x</sup>XII.*

In v. 1. In *Famua l* littera cecidit, sicut in verbis Portugalensibus *Chamo*a = *Flamula*, *landoa* = *glandula*, ceteris.

In v. 2. Quod «er(a) 622» primum legeram, «era 532» rectius legisti.

## Nr. 4

1. TYBERIVS IICTO  
R FAMVLVS DEI VI  
T ANNOS PLVS MIN  
VS XIII MENS QVI NO  
5. VEM REQVIEVIT IN PACE  
DOMINI DIE XIII KALEIIDA  
7. S IVNIAS ERA dCIIII

In tabella 0<sup>m</sup>,63 alta; 0<sup>m</sup>,445; litteris 0<sup>m</sup>,03 altis.

In v. 1-2: IICTOR? Neque *lictor* neque *ficitor*.

In v. 2-3: VIT = *vicit*.

In v. 4: QVI = *que*.

## Nr. 5

1. ....VA  
.....PA  
.....ND  
4. ....R^...  
.....

Fragmentum 0<sup>m</sup>,20 altum; 0<sup>m</sup>,12 latum; litteris 0<sup>m</sup>,03 altis.

Versus primi verba supplere nescio: .....MA.

In versu secundo, tertio, quarto tantum suppleri potest: [*in*] pa[*ce*]  
*Domini* vel *Dei*. ....kale]ndas. ....[e]ra. ....

## Nr. 6

1. ADIV  
TOR EA  
..I REQVE  
.....N PACE DI  
5. ....IAM  
.....

In tabella fracta 0<sup>m</sup>,27 alta; 0<sup>m</sup>,16 lata; litteris 0<sup>m</sup>,025 altis.

Versus primus et secundus integri, reliqui mutili. Sic lego partem inscriptionis: *Adiutor, famulus [De]i, requie[vit i]n pace die. . . . idus Ma(r)tias* vel *Ma(ias)*.

Nr. 7

ORA PRO ME

In tabella fracta. Invocatio est, qua titulus terminabatur. Versus 0<sup>m</sup>,20 longus; litteris 0<sup>m</sup>,024 altis; lapis 0<sup>m</sup>,235 latus.

Nr. 8

1.     ANDREAS GAMVLV  
        DEI PRINCEPS CAN  
        TORVM SACLOSAN  
        CTE AECLISIAE MER
5.     TIIIIANE VIXIT  
        ANNOS XXXVI  
        REQVIEVIT IN PA  
        CE SVB Ø TERTEO  
        KAEL APRILES  
        AERA ØLX TRI
11.    SIS †  
        xlv

In tabula e schisto lapide 1<sup>m</sup>,07 alta; 0<sup>m</sup>,44 lata; litteris 0<sup>m</sup>,025 altis. In *Rocio do Carmo* Myrtili reperta. De familia Statii da Veiga emptam in Museum Ethnologicum transtuli.

In v. 1. ∇ = V̄ = VS: *Famulus*;

In v. 3. Λ = L vel R;

In vv. 3-4. *saclosancte* = *sacrosanctae*;

In v. 4. *aeclisia* = *ecclesia*;

In v. 5. *Mertiliane* (= *Merteliane*) vel *Mertilliane* = *Myrtihanae*;

In v. 8. *terteo* = *tertio*;

In v. 10. *aera* = *era*;

In v. 11. *trisis* = *tris* (*treis*) + *-is*, sicut scribis (pluralis numerus duplex: cfr. verba Portugalensia *poses* pro *pós*, *javalises* pro *javalis*); vel τρισι + *-s*, cum in titulis Myrtilensibus multae litterae Graecae sint. Mihi in mentem quoque venit in litteris *tri sis* carmen *tri(umpha- tor sc. Daemonis) sis!* latere posse.

*Andreas, famulus Dei, princeps cantorum sacrosanctae ecclesiae Myrtilianae, vixit annos XXXVI; requievit in pace sub die tertio kalendas Apriles era DLX trisis.*

Inscriptio tum rebus grammaticis, tum historicis insignis est.

Quod ad artem grammaticam pertinet, haec digna mihi videntur notatione: *cl* pro *cr*, nisi forte  $\Lambda$  (lambda) falso pro *r* esse positum putandum est, in *saclo-*; *e* pro *ae* in *-sancte*, *Mertilliane* (*Merteliane*); *ae* pro *e* in *aeclisiae*, *aera*; *i* pro *e* in *aeclisiae*; *e* pro *i* in *Mertilliane* (*Merteliane*), *terteo*. Omnibus his verbis sermo vulgaris detegitur.

Iam de rebus historicis loquar. Quanti momenti ecclesia Myrtilensis fuerit ex munere patet quo Andreas fungebatur: nam in ea etiam chorum cantorum videmus, cuius ille princeps vel *chantre* erat.

\*

Hic fasciculus inscriptionum Myrtilensium tibi plane non displicebit, quo liber tuus in locis, ubi de regione australi agis, paulo apparebit copiosior.

Vale meque, ut facis, ama.

Olisipone.

## Notícias várias

### 1. Descobrimto archeologico

Lê-se na *Gazeta da Figueira*, n.º 586, de 18 de Setembro de 1897:

«O incansavel e illustre archeologo, nosso conterraneo, Sr. Dr. Santos Rocha, proseguindo nas suas importantes e laboriosas investigações, descobriu ultimamente no *Ouro da Fonte*, cem metros aproximadamente ao O. de Cabanas, freguesia de Brenha, uma pequena necropole luso-romana, que pertencia provavelmente aos moradores dos *Chões*, estação descoberta e explorada ha pouco nas cercanias de Brenha pelo mesmo distincto archeologo, ou aos do *Crasto*, que fica aproximadamente ao SO. de Cabanas.

Os caracteres principaes d'esta necropole são:

1.º Sepulturas simplesmente abertas no calcareo; como muitas das necropoles de Marim e da Mateca (Algarve), ou formadas com pequenas lages, como muitas das da necropole de Farrestelo;

2.º Orientação de SE. a NE., ou de ESE. a ONO.;

